Actum in Castro Premislien feria secunda ipsa die festi Nativitatis Gloriosissime Marie virginis Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo

8/IX.

Litinski contra Cherlieczki Attentatur

Nobilis Wasko Litinski filius Nobilis Michaelo Litinski coram officio et Actis presentibus personaliter constitutus, nomine eiusdem Michaelo Litinski patris sui protestabatur, paratum fore a Nobili Iwan Cherliczki summam sexaginta flor. pecunie debiti quam sibi idem Iwan prout expresse parentis sui coram Judicio castrensi Premisliensi pro die hodierna solvere in castro Premisliensi inscripsit et recognovit, in Comitiis ... asseveravit, dictor. in forma praedicta ... Premisliensi latius ... testificatur. Verum quia memoratus Cherliczki summam ... inscriptionem suam die hodierna ad acta presentia non reposuit ... manifestatur, ideo iterum atque iterum nomine eiusdem patris sui ... Iwan Cherliczki non reposita summa de vadio ... offici ... protestatus est. Et Memoriale solvit.

Actum in Castro Premislien feria Tercia in Crastino festi Nativitatis Gloriosissime Marie virginis proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Coram Generoso Joanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow Capitaneo Premisliensi

9/IX.

Ianowski constituit plenipotentem

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castri Capitalibus Premisliensi Nobilis Andreas Ianowski in Mezierzicze et Rogozowka ... Terre Gostinen. heres, ... Palatinatibus Districtibus quibuscunque ... iuribus ... fororum sibi competentibus omissis, Iuri vero Castri Premisliensi ... se successores suos bonaque sua omnia in toto quo ad infrascripta tantum attinet incorporando ... summo mente et corpore existens publice benivole per expressum recognovit. Quia in causa et Actione Graniciali per Commissarios Sacre Regie Maiestatis ad dislimitationem bonorum suorum et compartis sue Nobilis ... Bimbowska sororisque suigermane prefatarum villarum Mezierzicze et Rogozowka ... cum bonis oppidi Gostinin regalibus Tenute ... Gostinen. ... Nobilem Joannem ... in ... terra Dobrinen. heredem ... verum et ... plenipotentem Actorem Factorem ordinavit et constituit prout presentibus ordinat et constituit. Dans eius plenam et omnimodam potestatem et facultatem, ut in Actione prefatorum limitum omnia que ad actum pertinent nomine suo faciat, attentet, procuret et expediat submittens se successores suos de bonis suis omnibus habitis et habendis eidem prefato Plenipotenti suo eiusdemque successoribus sub damnis ... ut quicquid in prefata Actione Graniciali ... omnia pro rato et grato ... prefatus Andreas Ianowski interesset et peragat super quo memoriale solutum est.

Korzeniczki tenetur Choczimski

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castri Premisliensi Generosus Andreas Korzeniczki in villa Wolczischowicze heres, Actis ... Districtibus ... suis quibus ... iuribus fororum competentibus recedendo, et se cum successoribus bonisque suis omnibus iurisdictioni presenti Castri Premisliensi in toto quo ad actum et expresse ... in ... incorporando et ... mente et corpore ... publice per expressum recognovit, Quia Generoso Stanislao Choczimski filio olim Generosi Joannis Choczimski Subpincerne terre ... et eius successoribus summam octingentorum quinquaginta flor. pecunie polonicalis singulum flor. triginta grossos polonicales computando certi veri et liquidi debiti sine mutuate pecunie tenetur. Quam prexpressam summam inscribit se successores super bonis suis ... eidem Choczimski vel posteris eius ... Sancti Joannis Baptiste proxime instante ... ad acta presentia castri Premisliensi totaliter et plenarie dare solvere et reponere, reposita non exhibendo. Casu vero si summam predictam prefato tempore solutioni assignato eidem creditori ... successoribus eius non solverit aut solvere neglexerit, extunc in crastino eiusdem diei solutioni assignato debet ... cum successoribus suis ... super bonis suis ... prenominato Stanislao Choczimski aut posteris eius dare ... admittere ... realem intromissionem ... per Ministerialem ... Russie ... sibi ad intromittendum ... Nobiles ... et hoc in bona ... in tota et integra medietate ville Wolczischowicze ... Generosum Stanislaum Choczimski vel successores eius bona predicta ... tota medietate ville Wolczischowicze tenendo ... summe octingentorum quinquaginta flor. pecunie polonicalis